

SANCTUM ROSARIUM
DE
BEATA VIRGINE MARIA

*Ai veggenti di Maracaibo (Venezuela 1988), durante le apparizioni della Vergine Maria, è stato rivelato dall'Angelo che il Rosario che ripugna di più a Satana è il Rosario **pregato in latino**.*

- In nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti.

- Amen.

Orazione a San Michele Arcangelo

Sancte Michael Archangele,
defende nos in proelio;
contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium.
Imperet illi Deus,
supplices deprecamur: tuque,
Princeps militiae caelestis,
Satanam aliosque spiritus malignos,
qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo,
divina virtute in infernum detrude.
Amen.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus, descendit ad infernos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem et vitam aeternam.

Amen.

Pater noster, qui es in caelis:

sanctificetur nomen tuum;

adveniat regnum tuum;

fiat voluntas tua,

sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;

et dimitte nobis debita nostra,

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;

et ne nos inducas in tentationem,

sed libera nos a malo.

Amen.

Ave Maria, gratia plena,

Dominus tecum;

benedicta tu in mulieribus,

et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei,

ora pro nobis peccatoribus,

nunc et in hora mortis nostrae.

Amen

Gloria Patri, et Filio,

et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio,

et nunc, et semper,

et in saecula saeculorum.

Amen.

MISTERIA GAUDII

I. Annuntiatio

In mense autem sexto missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David, et nomen virginis Maria. Et ingressus ad eam dixit: "Ave, gratia plena, Dominus tecum". Ipsa autem turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: "Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, et regnabit super domum Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis". Dixit autem Maria ad angelum: "Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?". Et respondens angelus dixit ei: "Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senecta sua, et hic mensis est sextus illi, quae vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum". Dixit autem Maria: "Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum". Et discessit ab illa angelus. (Lc 1,26-38)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

II

II. Visitatio

Ex surgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in civitatem Iudae et intravit in domum Zachariae et salutavit Elisabeth. Et factum est ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exsultavit infans in utero eius, et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth et exclamavit voce magna et dixit: "Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo. Et beata, quae credidit, quoniam perficientur ea, quae dicta sunt ei a Domino". (Lc 1,39-45)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

III. Nativitas Domini nostri Jesu Christi

Factum est autem in diebus illis exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis. Haec descriptio prima facta est praeside Syriae Quirino. Et ibant omnes, ut profiterentur, singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth in Iudaeam in civitatem David, quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi, uxore praegnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret, et peperit filium suum primogenitum; et pannis eum involvit et reclinavit eum in praesepio, quia non erat eis locus in deversorio. (Lc 2,1-7)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

IV. Presentatio

Et postquam impleti sunt dies purgationis eorum secundum legem Moysis, tulerunt illum in Hierosolymam, ut sisterent Domino, sicut scriptum est in lege Domini: "Omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur", et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini: par turturum aut duos pullos columbarum. (Lc 2,22-24)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

V. Inventio in Templo

Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die festo Paschae. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cum redirent,

remansit puer Iesus in Ierusalem, et non cognoverunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei et requirebant eum inter cognatos et notos et non invenientes regressi sunt in Ierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos et interrogantem eos; stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia et responsis eius. Et videntes eum admirati sunt, et dixit Mater eius ad illum: "Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te". Et ait ad illos: "Quid est quod me quaerebatis? Nesciebatis quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse?". Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos. (Lc 2,41-50)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

MISTERIA DOLORIS

I. Agonia in horto

Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum; secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum pervenisset ad locum, dixit illis: "Orate, ne intretis in tentationem". Et ipse avulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, et, positus genibus, orabat dicens: "Pater, si vis, transfer calicem istum a me; verumtamen non mea voluntas sed tua fiat". Apparuit autem illi angelus de caelo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. (Lc 22,39-44)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

II. Flagellatio

Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum et flagellavit. (Io 19,1)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,

quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

III. Coronatio spinis

Et milites, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius et veste purpurea circumdederunt eum; et veniebant ad eum et dicebant: "Ave, rex Iudaeorum!", et dabant ei alapas. (Io 19,2-3)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

IV. Baiulatio Crucis

Susceperunt ergo Iesum. Et baiulans sibi crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariae locum, quod Hebraice dicitur Golgotha, ubi eum crucifixerunt. (Io 19,17-18)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

V. Crucifixio et Mors

Post hoc sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dicit: "Sitis". Vas positum erat aceto plenum; spongiam ergo plenam aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset acetum, Iesus dixit: "Consummatum est!". Et inclinato capite tradidit spiritum. (Io 19,25-30)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

MISTERIA GLORIAE

I. Resurrectio

Sero autem post sabbatum, cum illucesceret in primam sabbati, venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulcrum. Et ecce terrae motus factus est magnus: angelus enim Domini descendit de caelo et accedens revolvit lapidem et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, et vestimentum eius candidum sicut nix. Prae timore autem eius exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus: "Nolite timere vos! Scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, quaeritis. Non est hic: surrexit enim, sicut dixit. Venite, videte locum, ubi positus erat. Et cito euntes dicite discipulis eius: "Surrexit a mortuis et ecce praecedit vos in Galilaeam; ibi eum videbitis". Ecce dixi vobis. (Mt 28,1-7)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

II. Ascentio

Et cum haec dixisset, videntibus illis, elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in caelum eunte illo, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt: "Viri Galilaei, quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. (At 1,9-11)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

III. Decensus Spiritus Sancti

Et cum compleretur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco.
Et factus est repente de caelo sonus tamquam advenientis spiritus
vehementis et replevit totam domum, ubi erant sedentes. Et apparuerunt
illis dispertitae linguae tamquam ignis, seditque supra singulos eorum; et
repleti sunt omnes Spiritu Sancto et coeperunt loqui aliis linguis, prout
Spiritus dabat eloqui illis. (At 2,1-4)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

IV. Assumptio Beatae Mariae Virginis

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna, qui potens est. (Lc 1,48-49)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

V. Coronatio in Coelo

Et signum magnum apparuit in caelo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et super caput eius corona stellarum duodecim. (Ap 12,1)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

MISTERIA LUCIS

I. Baptisma Domini nostri Jesu Christi apud Iordanem

Tunc venit Iesus a Galilaea in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum dicens: "Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me?". Respondens autem Iesus dixit ei: "Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam". Tunc dimittit eum. Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua; et ecce aperti sunt ei caeli, et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam et venientem super se. Et ecce vox de caelis dicens: "Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui". (Mt 3,13-17)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

II. Nuptiae Cananenses

Et die tertio nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, et erat mater Iesu ibi; vocatus est autem et Iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: "Vinum non habent". Et dicit ei Iesus: "Quid mihi et tibi, mulier? Nondum venit hora mea". Dicit mater eius ministris: "Quodcumque dixerit vobis, facite". Erant autem ibi lapideae hydriae sex positae secundum purificationem Iudaeorum, capientes singulae metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: "Implete hydrias aqua". Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis: "Haurite nunc et ferte architriclino". Illi autem tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam

et non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui haurierant aquam, vocat sponsum architriclinus et dicit ei: "Omnis homo primum bonum vinum ponit et, cum inebriati fuerint, id quod deterius est; tu servasti bonum vinum usque adhuc". Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli eius. (Io 2,1-11)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

III. Regni Deo proclamatio

Factum est autem in diebus illis exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis. Haec descriptio prima facta est praeside Syriae Quirino. Et ibant omnes, ut profiterentur, singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth in Iudaeam in civitatem David, quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi, uxore praegnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret, et peperit filium suum primogenitum; et pannis eum involvit et reclinavit eum in praesepio, quia non erat eis locus in deversorio. (Mc 1,14-15)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,

praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

IV. Trasfiguratio

Factum est autem post haec verba fere dies octo, et assumpsit Petrum et Ioannem et Iacobum et ascendit in montem, ut oraret. Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera, et vestitus eius albus, refulgens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo, et erant Moyses et Elias, qui visi in gloria dicebant exodum eius, quem completurus erat in Ierusalem. Petrus vero et qui cum illo gravati erant somno; et evigilantes viderunt gloriam eius et duos viros, qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: "Praeceptor, bonum est nos hic esse; et faciamus tria tabernacula: unum tibi et unum Moysi et unum Eliae", nesciens quid diceret. Haec autem illo loquente, facta est nubes et obumbravit eos; et timuerunt intransibilibus illis in nubem. Et vox facta est de nube dicens: "Hic est Filius meus electus; ipsum audite". (Lc 9,28-35)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

V. Istitutio Eucaristiae

Et manducantibus illis, accepit panem et benedicens fregit et dedit eis et ait: "Sumite: hoc est corpus meum". Et accepto calice, gratias agens dedit eis, et biberunt ex illo omnes. Et ait illis: "Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur". (Mc 14,22-24)

Pater..., Ave..., Gloria...

Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,
salva nos ab igne inferiori,
perduc in caelum omnes animas,
praesertim eas,
quae misericordiae tuae maxime indigent.

O Maria concepta sine peccato
ora pro nobis qui ad Te confucimus
Ora quoque omnes qui ad te non confugiunt,
praecipue aversos a Sancta Ecclesia
et omnes qui tibi se commiserunt.

Salve Regina

Salve Regina, mater misericordiae;
vita, dulcedo et spes nostra, salve.
Ad te clamamus, exsules filii Evae;
ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle.
Eia ergo, advocata nostra,
illos tuos misericordes oculos ad nos converte.
Et Iesum, benedictum fructum ventris tui,
nobis post hoc exilium ostende.
O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

Pro summo Pontifice

Oremus pro Pontifice nostro N.:
Dominus, conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra,
et non tradat eum in animam inimicorum eius. (Pater, Ave, Gloria)

Angele Dei

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate supérna,
illúmina, custódi, regge et gubérna. Amen.

Réquiem ætérnam (si ripete tre volte)

Oremus pro fratribus nostris defuntis: Réquiem ætérnam dona eis,
Dómine, et lux perpétua lúceat eis. Requiéscant in pace. Amen.

Kyrie, elèison - Kyrie elèison

Christe, elèison - Christe elèison

Kyrie, elèison - Kyrie elèison

Christe, àudi nos - Christe, àudi nos

Christe, exàudi nos - Christe, exàudi nos

Pàter de caelis, Deus - miserere nobis

Fili Redemptor mundi, Deus - miserere nobis

Spiritus Sancte, Deus - miserere nobis

Sancta Trinitas, unus Deus - miserere nobis

Sancta Maria - *ora pro nobis*

Sancta Dei Genetrix - ...

Sancta Virgo virginum -

Mater Christi -

Mater Ecclesiae -

Mater divinae gratiae -

Mater purissima -

Mater castissima -

Mater inviolata -

Mater intemerata -

Mater amabilis -

Mater admirabilis -

Mater boni consilii -

Mater Creatòris -

Mater Salvatòris -

Mater misericòrdiae -

Virgo prudentissima -

Virgo veneranda -

Virgo praedicanda -

Virgo pòtens -

Virgo clèmens -

Virgo fidèlis -

Spèculum iustitiae - *ora pro nobis*

Sèdes sapiéntiae -

Causa nòstrae laetitiae -

Vas spirituale -

Vas honorabile -

Vas insigne devotiònis -

Rosa mystica -

Turris davidica -

Turris ebùrnea -

Domus àurea -

Foèderis arca -

Iànua caeli -
Stella matutina -
Sàlus informòrum -
Refùgium peccatòrum -
Consolatrix afflictòrum -
Auxilium christianòrum -

Regina angelòrum -
Regina patriarchàrum -
Regina prophetàrum -
Regina apostolòrum -
Regina màrtyrum -
Regina confessòrum -
Regina vîrginum -
Regina sanctòrum òmnium -
Regina sine labe originali concepta -
Regina in caelum assùpta -
Regina sacratìssimi Rosarii -
Regina familiae -
Regina pacis -

Àgnus Dei, qui tòllis peccàta mùndi - pàrce nobis, Dòmine

Àgnus Dei, qui tòllis peccàta mùndi - exàudi nos, Dòmine

Àgnus Dei, qui tòllis peccàta mùndi - miserère nobis.

Òra pro nòbis sancta Dèi gènetrix, ut digni efficiàmur promissiònibus Christi.

Orazione a San Giuseppe

Ad te, beate Ioseph, in tribulatione nostra confugimus, atque, implorato sponsae tuae sanctissimae auxilio, patrocinium quoque tuum fidenter exposcimus. Per eam, quaesumus, quae te cum immaculata Virgine Dei genetrice coniunxit caritatem, perque paternum, quo puerum Iesum amplexus es, amorem, supplices deprecamur ut ad hereditatem quam Iesus Christus acquisivit sanguine suo benignius respicias, ac necessitatibus nostris tua virtute et ope succurras. Tuere, o custos

providentissime divinae familiae, Iesu Christi sobolem electam; prohibe a nobis, amantissime pater, omnem errorum ac corruptelarum luem; propitius nobis, sospitator noster fortissime, in hoc cum potestate tenebrarum certamine e caelo adesto; et, sicut olim puerum Iesum e summo eripuisti vitae discrimine, ita nunc Ecclesiam sanctam Dei ab hostilibus insidiis atque ab omni adversitate defende; nosque singulos perpetuo tege patrocínio, ut, ad tui exemplar et ope tua suffulti, sancte vivere, pie emori, sempiternamque in caelis beatitudinem assequi possimus.

Amen.

Orazione a San Michele Arcangelo

Sancte Michael Archangele,
defende nos in proelio;
contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium.
Imperet illi Deus,
supplices deprecamur: tuque,
Princeps militiae caelestis,
Satanam aliosque spiritus malignos,
qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo,
divina virtute in infernum detrude.

Amen.

Oremus: concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere; et gloriosa beatæ Mariæ sempre Virginis intercessione, a presenti liberari tristitia et æterna perfrui lætitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

MEMORARE, O piissima Virgo Maria, non esse auditum a saeculo, quemquam ad tua currentem praesidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia, esse derelictum. Ego tali animatus confidentia, ad te, Virgo Virginum, Mater, curro, ad te venio, coram te gemens peccator assisto. Noli, Mater Verbi, verba mea despiciere; sed audi propitia et exaudi. Amen.

Sub tuum praesidium confúgimus, sancta Dei Génitrix: nostras

deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris sed a periculis cunctis
libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

ALTRE PREGHIERE IN LATINO:

Magnificat

Magnificat anima mea Dominum
et exsultavit spiritus meus in Deo,
salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ:
ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est,
et sanctum nomen eius,
et misericordia eius, a progenie in progenie
timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo;
dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede,
et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis,
Et divites dimisit inanes.

Suscepit Israël, puerum suum,
Recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros,
Abraham et semini eius in sæcula.

Angelus Domini

V. Angelus Dómini nuntiávit Mariæ,
R. et concépit de Spiritu Sancto.

Ave María ...

V. Ecce ancilla Dómini,

R. fiat mihi secúndum verbum tuum.

Ave María...

V. Et Verbum caro factum est

R. et habitávit in nobis.

Ave María ...

V. Ora pro nobis, Sancta Dei Génitrix,

R. ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Oremus

Grátiam tuam quæsumus Dómine,

méntibus nóstris infúnde:

ut qui, Angelo nuntiánte

Christi Filii tui incarnatióne cognóvimus,

per passiónem Eius et Crucem

ad resurrectiόνis glóriam perducámur.

Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

Amen.

Regina Cæli

Regina cæli, lætare, alleluia!

Quia quem meruisti portare, alleluia,

resurrexit sicut dixit, alleluia!

Ora pro nobis Deum, alleluia!

Gaude et lætare, Virgo Maria, alleluia,

quia surrexit Dominus vere, alleluia!

Oremus: Deus, qui per resurrectionem Filii tui, Domini nostri Iesu Christi, mundum lætificare dignatus es: præsta, quæsumus; ut, per eius Genetricem Virginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Gloria Patri

Te Deum

Te Deum laudamus:
Te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem
omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli;
tibi Cæli et universæ Potestates.
Tibi Cherubim et Seraphim
incessabili voce proclamant
Sanctus, Sanctus, Sanctus,
Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra
maiestatis gloriæ tuæ.
Te gloriosus
Apostolorum chorus,
Te Prophetarum
laudabilis numerus,
Te Martyrum candidatus
laudat exercitus.
Te per orbem terrarum
sancta confitetur Ecclesia
Patrem immensæ maiestatis,
Venerandum tuum verum
et unicum Filium,
Sanctum quoque
Paraclitum Spiritum.
Tu Rex gloriæ, Christe.
Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu ad liberandum
suscepturus hominem
non horruisti Virginis uterum.
Tu, devicto mortis aculeo,
aperuisti credentibus regna cælorum.
Tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris.
Judax crederis esse venturus.
Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni,

quos pretioso sanguine redemisti.
Æterna fac cum Sanctis tuis
in gloria numerari.
Salvum fac populum tuum, Domine,
et benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos, et extolle illos
usque in æternum
Per singulos dies
benedicimus Te,
et laudamus nomen tuum in sæculum,
et in sæculum sæculi.
Dignare, Domine, die isto
sine peccato nos custodire.
Miserere nostri, Domine,
miserere nostri.
Fiat misericordia tua, Domine,
super nos,
quemadmodum speravimus in Te.
In Te, Domine, speravi;
non confundar in æternum.